



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

5. De postulatione Prælatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

à num. 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 36. num. 85. Camill. Borell. d. tit. 14. n. 19. cum seq. Ceval. communium contra commun. q. 357. n. 1. Flores var. lib. 1. quast. 1. num. 64. Verum Moneta d. quast. 12. n. 17. & in tract. de optione canonica, cap. 2. quast. 2. à n. 35. post Curt. hic sect. 4. num. 37. Menoch. d. cau. 81. n. 4. & Rota decis. 72. num. 26. part. 2. in novis divers. tenet iudicis arbitrio relinqui quot actus in specie requirantur ad consuetudinem inducendam, ad quem spectabit considerare qualitates actuum & personarum, quæ illos actus faciunt, ita ut non sufficiat vnicus, quamvis sit notorius toti populo, seu Collegio, nisi esset successivus, & haberet continuationem per tempus, intra quod inducitur talis consuetudo, text. sing. in cap. cum de beneficio, de præbend. in 6. Abb. hic n. 17. Curt. sect. 4. num. 41. Et testes examinati debent deponere de visu actuum, ex quibus dicunt fuisse inductam consuetudinem, Valasc. consult. 162. num. 10. Et debent esse contestes & non singulares circa actus, Menoch. conf. 137. num. 57. Roland. conf. 13. lib. 4. Alex. conf. 196. num. 14. lib. 1. Card. Tusch. lit. C. concl. 795. n. 47. Valasc. consult. 162. n. 11. & 14. Et deponere quod illi actus fuerint facti eodem modo & intentione consuetudinem inducendi, Menoch. d. num. 17. Valasc. num. 13. dictis locis. Card. Tusch. d. concl. 795. n. 105. Sayr. in clavi Regia, lib. 3. c. 11. n. 8. vers. secundo requiritur, & n. 9. optime Rendina in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 23. n. 1. Et debent etiam non interrogati reddere rationem dicti sui, Menoch. d. n. 57. Mascard. concl. 424. n. 66. Ioseph. Ludou. Perus. decis. 62. n. 36. Valasc. n. 15. d. loco, Dec. conf. 214. n. 3. col. 1. Crauet. conf. 234. n. 6. Alex. conf. 45. in princ. lib. 2. Card. Tusch. d. concl. 795. n. 56.

Testes igitur ad probandam consuetudinem de tribus copulativè deponere debent, nempe de visu actus, cuius consuetudo allegatur, de eiusdem actu frequentia, ac de temporis diuturnitate, ex quibus elicitur tacitus consensus totius, vel maioris partis populi, qui est causa mediata consuetudinis, ut tradunt Aretin. in § ex non scripto, sub n. 20. vers. quæro an testis, Iustit. de iure nat. Alex. conf. 131. n. 9. lib. 2. Dec. conf. 481. n. 25. 27. & 29. Curt. Jun. conf. 184. num. 10. Mascard. de probat. concl. 424. n. 2. & per tot. Canaler. decis. 125. n. 8. latè Marrescot. var. resol. l. 2. c. 10. n. 1. Rot. dec. 497. n. 2. p. 2. recent. Ferentil. in annot. ad decis. 497. Buratti lit. B.

19 Pro substantia etiam requiritur consensus saltem tacitus totius populi, aut maioris partis, Curt. hic sect. 4. n. 48. Mich. Grassl. d. tit. 17. n. 302. Valasc. conf. 162. n. 16. Bernard. Græna. d. concl. 31. à num. 1. Card. Tusch. lit. G. concl. 795. num. 26. & 31. cum seqq. Ceval. q. 357. num. 7. Mascard. concl. 423. num. 3. Rebel. de obligat. iustit. p. 1. l. 1. q. 5. n. 17. Moneta d. q. 12. num. 17. me citato in hoc loco, Ferentil. in annot. ad decis. 1. Buratti, num. 13. lit. B. Rot. decis. 255. num. 4. part. 1. & decis. 118. part. 2. recent. aut vnus familie, à qua posse consuetudinem induci tenuerunt Menoch. remed. 5. retin. num. 62. cum seq. & conf. 2. num. 282. & conf. 104. n. 22. Valasc. conf. 132. n. 16. Cott. in memorabil. verbo, progenies, pag. 713.

21 In gloss. Legitime, ibi, sed quam differentiam facis inter consuetudinem, & præscriptionem. Plures sunt differentie inter consuetudinem, & præscriptionem. Prima est, quia præscriptio consistit in rebus immobilibus tam corporalibus, quam incorporalibus: at verò consuetudo solum locum habet in incorporalibus, veluti servitutibus, iurisdictionibus, electionibus, & aliis huiusmodi. Secunda, quia præscriptioe acquiritur ius privatz personæ: at verò in consuetudine acquiritur ius in communi omnibus, & contra omnes de populo. Tertia, quia præscriptio dat ius contra ius quod alter habet, consuetudo verò dat ius contra legem, vel præter, aut secundum legem. Quarta, quia

præscriptio requirit titulum & bonam fidem, consuetudo non ita, sed sufficit certus cuiusdam temporis lapsus, & ideo non proprie præscripta, sed quasi præscripta vocatur. Quinta, quia præscriptionis finis est ut præscribentem locupletiore reddat, cum inuenta fuerit ad distinguenda singulorum dominia, & domini acquisitioni dicatur: at verò consuetudinis finis est legem constituere cum inducta fuerit ut subiret vicem legis. Sexta, quia præscriptio licet ad bonum commune dirigatur, nemini tamen sonet, nisi qui per se, vel per alium legitimo tempore usus est, consuetudo verò neminem excipit, & non minus videntes, quam qui nunquam sunt usus, defendit. Vltima, quia præscriptio nullam publicæ utilitatis, nullamque boni publici causam exigit: consuetudo tamen sine hac utilitate, & sine huius boni publici ratione consistere non potest. Quas omnes differentie rationes colliges ex resolutis per Balb. de præscript. p. 1. princ. quast. 10. n. 36. Garc. de expensis, c. 9. num. 41. Cou. var. lib. 1. c. 17. num. 8. vers. de imo, Molina de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 10. & 11. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 18. q. 16. Petr. Alphons. de Valconcellos in harmonia rubricarum iuris Canon. sub rub. huius tit. num. 9. cum seqq. Card. Tusch. lit. C. concl. 801.



De postulatione Prælatorum.

TIT. V.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabab. Beliam. Ioan. Andr. Barbat. Bald. Imol. Anan. Panorm. Dec. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 9. & in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mefnart. in epitome Decret. fol. 4. Stephan. Ranchin. in continuat. tit. Decretal. Bernard. Compstet. in breuiario iuris Canon. Petr. Alphons. de Valconcel. in harmonia rubricarum, Daniel Venator. in analysi methodica iuris Pontificij, à pag. 34. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Lancell. in instit. Canon. Bart. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. sub eod. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decretal. Canis. in summa iuris Canon. Cafarel. in Erotem. eiusdem iur. & Andr. Vallenfis in suis comment. sub Decretal.

De materia huius tit. vide Summistas verbo, Postulatio Rebus. in concord. tit. de Regia ad Prælat. nominatione, §. 1. verbo, Postulatione, Mandagor. in tract. de electione novorum Prælatorum, p. 1. c. 5. cum seq. cum addit. Boeri, & Mutib. Bors. Corral. de benef. p. 4. c. 2. Duaren. eod. tract. l. 5. c. 1. Azor. instit. mor. part. 2. l. 6. c. 17. Zechi. de beneficiis, & pensionib. c. 6. Cuch. in instit. maior. l. 4. tit. 2. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 10. tract. 3. n. 201. cum seq. remissive Nicol. Garc. de beneficiis, p. 4. c. 1. n. 13. latè Filiuc. tom. 3. tract. 4. c. 5. n. 2. Luc. Castellin. in tract. de elect. c. 2. de postulat. in commun. Iul. Lauor. vari. lucub. tom. 1. tit. 4. c. 14.

S V M M A R I V M.

- 1 Interdictum violans impostulabilis est.
- 2 Electio, vel postulario facta in loco interdicto est valida.
- 3 Excommunicatus non potest postulari.

4 Ignorari

S V M M A R I V M.

C A P. Gratum. II.

G 4 innoue

Innoc. III.

7 *Iam à multis publicè cœperit observari.*] Notatur ad hoc quòd, vt ciuitas obligetur ad obseruantiam interdicti, sufficit vt ipsum sit promulgatum in prima:

innouadoni, possunt postulare, & eligere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarr. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Innoc. Panormi. Bald. Butr. Compostel. Viuian. in *rationali libri primi iuris Pontificij*, pag. 92. Alagona in *compendio iuris Canonici*, pag. 37. remissive Ximen. in *concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 4. cap. 2.

Intelligens eos, qui cassationem nostram quodammodo reuocare volebant, eligendi privilegium amississe. Notatur ad hoc quod si electio propter electi vitium irrita declarata fuit, iterum electio de alia persona fieri poterit, dummodo elector tempore electionis prima vitium electi ignorasset, quia si sciens id fecisset, iterum eligere non poterit, cum ex electione indigni indignitate iuris scienter facta eligendi pro illa vice amittit, vt per Molin. de primog. lib. 2. c. 4. n. 8. & faciunt per me resoluta in tract. de offic. potestate Episcoporum, p. 3. alleg. 72. num. 105.

Notatur etiam ad hoc quod remotus ab aliquo officio, & illo priuatus, non potest amplius eligi ad ipsum, vt per Cassan. in consuet. Burg. rub. 1. §. 6. verbo, Messierus, n. 45. pag. 66.

In gloss. Pauciores, ibi, sine vnus solus sit, sine plures, ille potest eligere. Notatur ad hoc quod si collatio beneficij ad Collegium spectet, & aliqui de eo sint excommunicati, id non impedit quominus ceteri à tali vinculo liberi possint conferre, etiam duo sint tantum, imo & tantum vnus, vt per Vgolin. de censur. tab. 2. c. 11. §. 2. m. 2. Valer. Reginald. in praxi fori ponit. lib. 2. n. 29. Fr. Ludou. Miranda in manuali. Prelat. tom. 2. q. 2. ar. 5. concl. 2. vbi concl. 3. cum Syluest. verbo electio 1. q. 2. in 1. dicto ponit regulam quod valet electio facta non vocatis illis, qui sunt priuati, vel inhabiles ad eligendum, quin verò addit, & dicit, quod valet, licet primò non sit discussum an sint priuati, nam satis est quod postea conuinci possint.

S V M M A R I U M.

1. Postulatio per quam priuata, vel minor utilitas communi, vel maior praefertur, vel qua sit à minori quam à tertia parte Collegij admitti non debet.
2. Clericorum appellatione veniunt Canonici in iis, quae pertinent ad fauorem, & gratiam, secus verò in his, quae ad odium, & poenam spectant, & in materia stricta.
3. Cardinalis non potest in Episcopum eligi, sed postulari.
4. Ius ex facto oritur.
5. Cardinales tenentur residere in Curia, quia eorum officium est assistere Papa.
6. Cardinales sunt pars corporis ipsius Papae.
7. Utilitas publica praefertur priuata.
8. Papa in seruitio existentes percipiunt fructus beneficiorum suorum, non tamen distributiones quotidianas sine eius speciali privilegio.
9. Cardinales vnà cum Summo Pont. totam gubernant Ecclesiam.

CAP. Bonae memoriae. j. III.

Utilitas communis est praefenda priuatae, & maior minori, & Cardinalis, qui est utilis Ecclesiae vniuersali, non est creandus Episcopus. Item postulatio quae sit à minori quam tertia parte, admitti non debet. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Barbat. Anchar. Bellam. Ioan. Andr.

Imola, Anania, Host. Innoc. Panorm. Bild. Butr. Henric. Boich. Compostel. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontif.* pag. 93. Alagona in *compend. iuris Canonici*, pag. 37. & tom. 2. reper. in iure Canonico ad lib. 1. Decretal. Iacob. Zochius, remissive Ximen. in *concord. part. 1.* refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 4. cap. 2.

In superscript. text. ibi, Clericis Rauen. Ecclesiae. Notatur ad hoc quod in his, quae pertinent ad fauorem, & gratiam, appellatione Clericorum etiam Canonici comprehenduntur, secus verò in his quae ad odium, & poenam spectant, vt per Azor. in *insit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 11. quest. 5.* & citatos à metipso in tract. appellatiua verborum vtriusque iuris signific. appell. 11. num. 3. In materia enim stricta appellatione Clericorum non comprehenduntur Canonici, cap. sedes, cum ibi notatis, sup. de rescript. Abb. bñe num. 2. Felin. in cap. non dubium, num. 1. de sentent. excomm. Dec. in cap. iam non liceat, num. 18. de prebend. Bero. conf. 3. num. 20. 33. & 37. volum. 1. quos refert, & sequitur Bellet. disquisit. Clerical. part. 1. tit. de discipul. Clericalis §. 2. num. 4. & 18.

Sancta Praxedis Presbyterum Card. &c. Notatur ad hoc quod Cardinalis non potest in Episcopum eligi, sed postulari, vt per Lanot. var. lubricat. tom. 1. tit. 4. c. 16. num. 67. Azor. d. p. 2. lib. 4. cap. 3. q. 1. 5. vbi etiam aduertit, ideo in cap. Ecclesia vestra 2. inf. de elect. Cardinalem Canonicum electum non postulat fuisse, quia erat Canonicus, & vt Canonicus fuit electus in Episcopum, vel forsan quia non erat S.R.E. Card. sed Canonicus Cardinalis, id est, principalis inter Canonicos Ecclesiae.

Qua de facto. Quia ius ex facto oritur, si ex plagis 12. §. in clino, ff. ad legem Aquil. l. fin. in princ. ff. de iureiur. Menoch. conf. 2. num. 208. D. Barbosa in l. Titia, num. 2. ff. soluto matrim. Anton. Monach. Florentina decis. 48. num. 7. Petr. Henric. conf. 16. num. 1. Vnde ius totum mutari propter nimiam facti mutationem tradunt citati per me in tract. de Axiom. iuris vsusfreq. Axiom. 83. num. 2.

Tam apud Apostolicam Sedem. Notatur ad hoc quod Cardinales tenentur residere in Curia apud Summum Pont. Abb. in c. 2. m. 2. de cleric. non resid. Caputaq. decis. 8. n. 2. q. 2. Gambat. de auctorit. Legati à latere, lib. 1. tit. an legatus possit plura beneficia vni conferre, n. 227. Sanctarel. var. resolut. lib. 1. q. 2. 6. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 10. num. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. 4. n. 123. Camil. Borrell. in summa omnium decis. tit. 10. n. 8. Et eorum officium est assistere Papa, Flamin. de resignat. lib. 2. q. 1. n. 24. & lib. 7. q. 12. num. 14. & sunt pars corporis ipsius Papae, Monet. de decimis, cap. 9. q. 3. num. 114. Et dicuntur facere vnum corpus cum Papa, sicut Canonici cum Episcopo, Host. in cap. antiqua, inf. de priuileg. addit ad Abb. in presenti n. 6. lit. D. Flamin. de resign. lib. 1. quest. 10. num. 25. & 26. Anastas. Germon. de indultis Card. verbo Episcopus, n. 9. Carol. de Grass. de effectib. clerical. in prelude. n. 307. ideo non possunt discedere à Curia sine licentia Papae, Flamin. d. q. 10. num. 27. Gonzal. gloss. 2. 4. num. 124. Sanctar. d. quest. 2. num. 8. Ego ipse de officio Episcopi part. 3. alleg. 53. num. 12.

Praefertens speciali utilitati communem. Notatur ad hoc quod utilitas publica praefertur priuatae, Surd. decis. 255. num. 11. Mexi. in tract. tassae panis conclus. 4. num. 17. Auiles ad cap. 1. Prator. num. 6. pag. milii 42. Menoch. illustr. cap. 5. num. 16. Cabed. Lusit. decis. 74. num. 5. parte 1. Garc. Gironde de priuilegiis, seu exemptionum explicat. num. 902. Thom. de Thomaf. in floribus legum reg. 308. vbi asserit procedere quando in communi utilitate priuata etiam includitur. Intellige etiam quando utilitas publica venit principaliter.

- naturales nati in Regno Navarra per Regia u concessionem, quam referunt Burg. de Pace ad l. 1. *Tauri*, n. 4. 1. Salzed. d. c. 5. n. 2. 4. in nouiss. edit. nam in Regno Navarra etiam Summorum Pontif. diplomatibus, & Regiis legibus idem obtinere est, vt in pragmat. 1. c. 3.
- 11 lib. 1. *Ordinam illius Regni*. Et in Regno Aragonie perpetuo foro idipsum est stabilitum, lib. 1. *fori Aragonie*, tit. de *Prelaturis*, & aliis beneficiis non possidendis, Anton. Oliban. in comment. ad *usaticum alium namque de iure fisci*, c. 1. 1. n. 53. cum segg. Ferret. in *constit. Cathalonie*, gloss. 2.
- 12 n. 62. Ac etiam in Regno Francia, vt referunt Rebus. de *pacifiois possessor*. n. 2. 16. & in *praxi tit. de rescriptis mixtis*, n. 7. Colm. in *proem pragmat. sanct. § nam Ecclesiarum*, verbo, *exteriorum*, ad fin. *Sclu. de beneficio*, p. 1. g. 2. 6. Guillem. in *reper. cap. Raymus*, verbo, & *uxorem nomine*, il *quinto* à num. 482. Carol. de *Grassal*, lib. 2. *Regal. Francia iure* 8. Nicol. Garc. de *benefic. p. 7. c. 9. num. 2. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 3. n. 160.* Et demum Sixtus V. in *sua constit. 64. incip. in sacrosancto*, sub dat. 9. Septembris anno *Incarnationis Dominice 1587.* prohibuit admitti ad beneficia Regni Valentie alienigenas Regnorum Hispanie, in quibus ipsi Valentini ad similia non admittuntur, est in *Bullario nouo tom. 2. pag. 590.* & segg. Vtrum autem valida debeant conferri statuta, & consuetudines quoddam beneficia oriundis conferantur, & non aliis, vide Doctores citatos in *collect. ad cap. ad decorem n. 3. de instit. An alienigena, cui prohibetur habere beneficium in Regno, possit habere pensionem super fructus beneficij Regni*, vide Gregor. Lop. l. 1. 3. verb. *de à quel obisfado*, tit. 1. 5. part. 1. Quintil. *Mandol. conf. 55.* Hieron. Portol. in *schol. ad Molin. §. alienigena num. 11.* Gambat. de *offic. & potest. legati à latere lib. 6. ex n. 37.* Ioan. Martin. de *Olano in antin. lib. B. n. 30.* Perez. l. 2. 3. in *gloss. de naturales dellas tit. 2. lib. 7. Ordinam*, pag. 414. Azened. l. 1. 8. tit. 3. lib. 1. *nona recop. latè Gabr. Pereira de manu Regia tom. 2. c. 64. n. 38.*
- 13 Nec uellemus ei *præficere alienum.*] Notatur ad hoc quoddam in dubio Papa intendit cuique providere in patria sua, vt per Nicol. Garc. de *benefic. p. 7. c. 9. n. 16.* alias si forensis, vel alienigena impetrat beneficium non facta mentione de loco suæ originis, seu de sua diocesi, gratia est subreptitia, dixi ad *gloss. cap. proponente*, sup. de *rescriptis*.
- 14 In *gloss. Dissidere*, ibi, *vel nisi iam publicatio scrutinij fuerit facta.*] Notatur ad hoc quoddam publicatio scrutinij non licet postulantibus variare, similis *gloss. verbo, nullum*, in *cap. pen. & gloss. unic. in cap. ult. in hoc tit.* Contrarium tamen verum est vt semper liceat postulantibus variare, & à postulatione recedere quovis illa fuerit Superiori presentata, ita in presenti tenent Innocent. n. 9. c. *Hof. n. 28. vers. & nota.* Ioan. Andr. in *cap. publicat. in fr. de lett. à n. 17. cum segg.* vbi etiam Anchar. col. ult. vers. *ultimò scias*, Butr. col. pen. & ult. n. 24. Panorm. n. 6. Imol. in *princ. n. 2.* Anania num. 2. quos citat Rendina in *promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 36. num. ult.* Lauror. var. *lucubr. tom. 1. tit. 4. c. 13. n. 30.*

S V M M A R I V M.

- 1 Postulatio contra quam agitur de contempto, potest sine preiudicio alicuius reiici, potest tamen de specialis gratia admitti.
- 2 Postulatio per postulationem nullum ius acquiritur.
- 3 Postulatus post solennem postulationem admissam dicitur promissus.
- 4 Patronus non tenetur alium presentare, si ordinarius sine legitima causa presentatum admittere nolit.

C A P. Postulationem. V.

Postulationem factam potest repellere superior, & per eam nullum ius alicui acquiritur, admittet tamen procuratores, quibus auditis faciet quod iustum est. Colligunt ex Ordinariis Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anan. Hof. Barbat. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Anchar. Compstol. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontif. pag. 94.* Alagona in *compend. iuris Canonici*, pag. 38. remissive Ximen. in *concord. part. 1. c. 2.* refertur ab Anton. Angust. *collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 4. cap. 5.*

Per postulationem huiusmodi nullum ius sit alicui acquisitum.] Notatur ad hoc quoddam per postulationem nullum ius acquiritur postulato, dicuntur enim tantum vota ad Superiorem vt de gratia velit admittere postulationem, ita post Abb. & Mandeg. tenent Erasim. à Cochier de *iurisdictione Ordinarij in exemptis*, p. 4. q. 5. n. 4. Aloyf. Ricc. p. 5. *collect. 1648.* Cuch. in *instit. maior. lib. 4. tit. 2. n. 28.* Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, ius ad rem*, §. 14. Nicol. Garc. de *benef. p. 4. c. 1. n. 7.* Lauror. d. tit. 4. c. 13. n. 30. & 32. & c. 19. n. 109. At vero post admissionem dicitur promissus, si postulatio sollemnis fuerit, veluti si coram tali Superiore facta sit, qui super quolibet impedimento postulari facultatem habeat dispensandi, si verò postulatio sollemnis non fuit, vt quia facta in consilio Superiore qui in impedimento postulari dispensare, si potest ipse postea eam admittat, huiusmodi admissionem vim non habet electionis, & confirmationis, sed ex tali admissione nihil aliud postulatus consequitur, nisi quoddam censetur redditus per postulationem habilis, vt eligi possit, ita quoddam sublatum est impedimentum, quo obstante prius eligi non poterat, ita Rendina in *promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 36. n. 35.*

In *gloss. Nullum*, ibi, *non debet illud facere.*] Notatur ad hoc quoddam patronus non tenetur alium presentare, si Ordinarius sine legitima causa presentatum admittere nolit. Ego ipse in *meo tract. de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg. 7. 2. n. 167.*

In ead. *gloss. ibi, Et licet non possint à postulatione recedere*, &c.] Notatur ad hoc quoddam presentata superiori postulatione postulantes non possunt amplius ab ea recedere, & variare, non quoddam postulato sit aliud ius ex tali postulatione acquisitum, sed ob reuerentiam superioris, vt per Lauror. var. *lucubr. tit. 4. cap. 14. num. 8.* vbi num. 9. subdit quoddam superior non potest postulationem factam ab omnibus, vel à duobus partibus ob utilitatem Ecclesie absque iniuria reiicere.

In ead. *gloss. ibi, secundum obinebit.* Vide tamen quae dixi ego ipse d. *alleg. 7. 2. n. 119.*

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus non est eligendus ad aliam dignitatem, sed postulandus.
- 2 Episcopus vnus Ecclesie non potest eligi, sed postulari.


C A P. Et si vnanimiter. VI. & ult.

Honor. III.

Episcopus vnus Ecclesie, non potest eligi ad aliam dignitatem, sed postulari. Colligunt ex Ordinariis Abb. antiq. Zabarell. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr.

Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Bitt. Compost. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 95. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 58. remissive Ximen. in concord. p. 1. & tom. 2. repet. in iure Canon. ad 1. Decret. librum Paul. de Eleazaris.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Valer. Reginald. in praxi fori p. 1. lib. 3. v. 1. 3. n. 1. 0. 2. in fine, Petr. de Biax. in direct. electionum, p. 2. c. 34. Bartac. de Episcop. lib. 2. g. 5. c. n. 89. Erasim. à Cochier. de iurisd. Ord. in exemplis, p. 4. g. 5. n. 2. vbi dicit Episcop. vnius Ecclesie postulari tantum debere ad aliam, quia eligi sine Pont. consensu non possunt, ex quo sunt matrimonialiter proprie Ecclesie allegati, librumque volatum non habeant.



De Electione.

TIT. VI.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bald. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Panorm. Dec. Butr. Mantua, Petr. Alphons. de Valaconcel. in harmonia rubric. Petr. de Rauenenna in compend. iuris Canon. Bernard. Compost. in breuiario iuris Canon. Guillelm. Durand. Specul. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 10. Daniel Venat. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 38 Mart. Mesnart. in epitome Decret. fol. 7. vers. Goffr. & Host. in sum. huius tit. Alex. Casan. & Anastaf. Germon. paratilis ad quinq. libros Decret. Lancel. in inst. Canon. Bart. Carthag. in expos. iuris Canon. Zipx. in analytica postremi iuris Ecclesie narrat nouissime Io. Honor. lib. 1. sum. in Decret. Canif. in sum. iuris Canon. Casarel. in erotem eiusdem iuris, omnes sub hoc tit. & Andr. Vallenf. in suis Comment. supra Decret. & vol. 2. repet. in iure Canon. ad lib. 1. Decret. Paulus de Eleazaris.

De electione, vide Petr. Biasio in directorio electionum, Guillelm. de Mandagoto in tract. de elect. nouorum Prelat. cum addit. Boërij, & Matth. Brof. Flencring. Goaden. de forma & modo eligendi nouum Prelat. qui habentur to. 1. p. 1. tract. nouorum, Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit. Canif. in summa iuris Canon. lib. 1. tit. 11. de electione Turzan. Villalob. Donat. à Fina, & alios tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 5. de elect. Cosm. in pragmat. sanctionum, tit. de electione, Rebuff. in concordatis, tit. de electionis derogatione, & tit. de Regia ad Prelaturas nominat. §. ult. verbo, ad electionem, & verbo possunt, & in praxi, tit. de electione Zechi. de benef. & pension. c. 4. Pet. Greg. ad Decret. lib. 1. vbi per 2. 1. capita materiam huius tit. exponit. Azor. in inst. mor. p. 2. lib. 2. c. 28. & lib. 6. c. 14. Nau. to. 1. conf. sub hoc tit. & Sayr. in floribus decis. sub eod. Fr. Emman. to. 2. q. Regul. q. 41. art. 1. Tambur. de iure Abbatum to. 2. disp. 5. Rendina in promptuario receptarum sent. to. 1. tit. 36. de elect. Ecclesie Fillinc. to. 3. tr. 4. c. 3. Castet. in special. tr. election. & confirmatione Canon. praesertim Prelatorum Regularium, Sigism. à Bononia in simili tr. Iul. Lauer. var. lucub. tit. 4. de elect.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia Collegiata non debent prouideri de Prelato per collationem, seu prouisionem, sed per electionem canonicam faciendam per ipsum Collegium.
- 2 Auctor huius text. qui fuerit, ostenditur.
- 3 Collegium faciunt duo.

- 4 Collegij totum ius potest venire ad vnum.
- 5 Collegio cuiuslibet etiam inferiori de iure communi data fuit potestas eligendi sibi Prelatum.
- 6 Electio Abbatis pertinet ad Conuentum.
- 7 Populum faciunt decem homines.

CAP. Nullius. I. Lucius.

Collegiata, vbi sunt duo, vel tres, prouideri debet per electionem eorumdem, alioquin electus expellatur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Anch. Bellam. Host. Io. Andr. Imol. Anania, Bald. Panorm. Felin. Dec. Butr. Henric. Mantua, Compost. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 40. Raymund. c. 2. Burchard. lib. 1. c. 19. Decret. luo p. 5. c. 73. Decret. & vol. 2. repetitio iuris Canon. ad lib. 1. Decretal. Paulus de Eleazaris, remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. & refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 4. cap. 1.

In superscript. ibi, Lucius Papa. Ab aliis Pio, Gregorio, vel Alexandro tribuitur, itavt minimè constare possit quisnam Pontifex huius text. fuerit auctor, vt colligitur ex Ant. Aug. in notis ad collect. 1. Decretal. sub hoc tit. vbi similiter testatur in libris Conciliorum verba huius textum non inuenisse, quo ad aduerto in meo tract. de officio & potestate Episcop. p. 1. tit. 1. c. 1. n. 152.

Vbi duo, vel tres fuerint in congregatione. Notatur ad hoc quod duo faciunt collegium, & ad eos, si alij non extent, spectabit electio, vt per Mascard. de probat. conc. §. 84. n. 8. Fr. Emman. q. Reg. 10. 1. q. 5. art. 11 in princ. Ant. Ragucci. de voce Canon. in Capitulo, q. 1. n. 3. Tambur. de iure Abbatum tom. 1. disp. 5. q. 8. n. 1. Aduerte ramen quod licet nullum Collegium Ecclesiasticum possit constitui in vno, quia saltem duo requiruntur per hunc text. constitutum tamen semel in multis, potest totum ius collegij venire ad vnum, & conseruari in illo, aliis mortuis, priuatis, &c. Nau. conf. 6. n. 2. sub tit. de elect. in nouis, Fr. Ludon. Miranda in manuali Prelat. to. 2. q. 23. art. 5. concl. 2. Seraph. dec. 860. n. 7. & dec. 1050. n. 5. Tambur. d. q. 8. n. 3. & 4. Rot. in Cremon. Prapositione 25. Februarij 1622. coram bonae mem. Vbaldo.

Nisi eorum electione. Notatur ad hoc quod eligendi sibi Prelatum potestas cuiuslibet collegio etiam inferiori data fuit de iure communi, Syluest. verbo, electio 1. q. Bertach. de Episcop. lib. 1. p. 3. a princ. Pet. Greg. de elect. c. 6. n. 9. Duat. de sacris Eccles. ministris, lib. 5. c. 1. Guillelm. Mandagor. de elect. nouorum Prelat. c. 1. Corral. de Sacerdot. p. 4. c. 1. à n. 28. Petr. de Biaxio in direct. elect. p. 1. c. 2. cum segg. Laeli Zechi. de Repub. Eccles. c. 24. de Canon. vers. septimo, Nic. Garc. de benef. p. 5. c. 4. n. 9. Fr. Lud. Miranda in manuali Prelat. to. 2. q. 23. art. 5. concl. 1. Ant. Ragucci. de voce Canon. in Capitulo, q. 10. n. 3. Paul. Layman. in Theolog. morali lib. 4. tit. 2. c. 12. n. 3. Tambur. de iure Abbatum tom. 1. disp. 5. q. 8. a princ. vnde electionem Abbatis pertinere ad eius Conuentum, per hunc text. resoluunt Nauar. commentar. 3. de Regul. n. 2. Fr. Lud. Miranda vbi proxime.

In gloss. 1. ibi, & decem homines faciunt populum. 7. Boër. decis. 173. num. 8. Gregor. l. 2. verbo, tale tit. 12. p. 7. Perez l. 3. vbi gloss. verbo, aiuntamiento, tit. 18. lib. 8. Ordinam.

S V M M A